

Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Sect. V. Vtrùm Deus cognoscat futura contingentia in suis Ideis, aut in
decreto, vel supercomprehensione causæ creatæ liberæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

X.
Dicet, Aeternitas Dei ait correspontet omni tempori.

XI.
Aeternitas dicitur modus lumen & Theologia follet.

XII.
Quo patto Aeternitas Dei, omnia in se tempora complectatur.

Dicimus nequit Deus plus hodie durasse, quam aeri.

XIII.
Non afferunt Patres, Deo omnia ab aeterno esse praesentia.

XIV.
Quo sensu patres Deo negare videantur praescientiam, & tantum ei concedere scientiam.

Objicies tertio: Aeternitas Dei actu complectitur praeterita, praesentia, & futura; est quippe duratio Dei actu infinita: ergo non minus correspondere debet omni tempori, quam immensitas omni loco; neque hoc habere debet successivum, ita scilicet, ut hodie corresponeat & coexistat huic dici, cras sequenti, & sic deinceps; hoc enim modo non erit duratio actu infinita, seu actu durans infinita, sed paulatim in duratione cresceret, quod dici non potest: ergo actu corresponeat, & coexistat omni tempori.

Ad solutionem notandum, Aeternitatem sumi dupliciter; vel pro infinito quodam spatio temporis imaginari, tam à parte ante, quam à parte post, & in hoc tempore imaginario sunt omnia quam durant, non minus quam res omnes quam existunt, sunt in spacio imaginario loci. Secundò, & magis propriè sumitur aeternitas à Theologis, ut à S. Thoma hic, quæst. 10. art. 1. ex Boëtio, lib. 3. de Consolatione, prosa 2. quod sit *Interminabilis yite beata tota simul & perfecta posse*. Hæc, inquam, est aeternitas propriissime sumpta, seu ipsa in eternitate Dei aeternitas, que indivisibilis est, & tota simul, ipsa nempe substantia Dei, qui, quidquid est, simul est ac semper. Hæc itaque aeternitas essentiale est determinata ad coexistentium omni tempori, seu aeternitati illi extrinsecæ, infinitati temporis imaginarii, tam à parte ante, quam à parte post.

Per hæc, facilis est responsio ad argumentum: dico itaque, aeternitatem Dei contineat omnia tempora, non actu & formaliter eis jam coexistentes, sed virtualiter, quatenus videlicet ex sua natura essentiale est determinata ad iis, prout successivè fluunt, coexistentes. Sicut enim in hoc sita est natura Immensitatis, non ut in omnibus locis omni spatio locali coexistat, sed ut essentiale sit determinata ad coexistentium omni spatio, non simulante spatiis, sed sui; ita & Aeternitas simulante sui determinata est ad correspondendum omni tempori, non simultate temporis. Licet autem Deus heri non coexistenter hodierno dici, non tamen dici potest hodie plus durasse, quia duratio Dei sita est in intrinseca illa determinatione ad coexistentium omni tempori, quam eadem est heri, & hodie, & ab aeterno: sicut baculus fixus ad ripam, vel in medio præterlabentis fluminis; vel, ut magis appositis forte Molina, ut centrum in medio circuli, circa illud successivè, & per partes ducti.

Ad auctoritatem Patrum dico, eos non tam affirmare, omnia Deo esse praesentia, quam nihil ei esse præteritum, aut futurum: cuius rationem reddunt aliqui, quod præteritum & futurum dicant successionem in esse, inter ea quæ sibi sunt præterita, & futura, ita ut unum esse incipiat post aliud, & fuerit antequam aliud inciperet, quæ in Deo respectu creaturarum, & è contrâ inventuri non possunt. Secundò dicitur: eos, quando afferunt, nihil Deo esse præteritum & futurum, de intrinseca Dei duratione esse locutos. Tertiò: de praesentia objectiva: qua responsio magnum habet fundamentum in S. Augustino, & S. Anselmo, dicentibus Deum habere electos apud semetipsum, non in sua natura, sed in praesentia: quod etiam ex S. Gregorio & Boëtio ostendit Suarez hoc Opusc. lib. 1. cap. 7. num. 18.

Quando vero Sancti Patres negare Deo videntur præscientiam, & solum concedere scientiam, seu notitiam rerum praesentium, non futurorum; vel volunt non esse in eo præscientiam, qualis est nostra de futuris, nempe conjecturalem, sed certam,

sicut nos habemus de praesentibus, & de iis quæ oculis intuemur, licet infinites nostræ perfectiorem & certiorem. Vel intelligi possunt, non esse in Deo præscientiam, seu scientiam, quæ ita sit ante existentiam rerum futurarum, ut prius designat quam illæ existant, & consequenter non sit illis praesens, ut in cognitione nostrâ frequenter contingit. Tandem, dici potest, velle fortassis Patres, esse æquivalentes res omnes praesentes Deo ab aeterno: perinde quippe est quoad certitudinem & claritatem cognitionis Divina de ipsis, ac si etiam ab aeterno omnes extitissent: qua solutio in re fortè coincidit cum prima. Quod vero non negaverint Patres Deo præscientiam in omni rigore, quod particula præ denotet antecedentiam realem scientie ad rem scientiam, quasi hanc antecedentiam respectu creaturarum Deo nolint concedere, videtur certum, cum concedant ei Prædestinationem, quæ tamen non minus dicit antecedentiam quam præscientiam. Videlicet Suarez hoc Opusc. cap. 7. & Arrubal d. 41. ubi fuisse & optimè testimonia Patrum declarant.

Ad id tandem quod objici posset in propositione hac, *Antichristus nunc coexistit Deo*, aut è contrâ, posse illud *nunc* significare solum infans seu *nunc Aeternitatis*: dico, non ita se rem habere; nam prout à nobis hæc propositiones concipiuntur, significant coexistentiam durarum rerum in tempore extrinseco: sicut nec dicere possumus, *Leodium huc coexistit Roma*, quia nimis in eodem spatio locali non conjunguntur; sed nec Antichristus conjungitur in eodem spatio temporis Deo; ergo. Imo, licet Deus posset dicere, *Londinum mihi correspondet, seu coexistit hie*, designando scilicet spatium Londinense, non tamen *Antichristus nunc mihi coexistit*, quia verè ei nunc non coexistit, imo ne quidem existit.

SECTIO QUINTA.

Vtrum Deus cognoscat futura contingencia in suis Ideis, aut in decreto, vel supercomprehensione cause creatæ libere.

Q UO AD primum, Bannez huc, a. 13. Cajet. Ibidem, Alvarez Disp. 14. Molina huc, d. 15. Granado 1. p. tract. 4. de Scientia Dei, disp. 4. sect. 3. num. 16. & alii affirmant, Deum futura contingentia in suis Ideis cognoscere. Sed contra: Ideas enim nihil aliud sunt, quam ipsa Dei essentia, vel scientia: cum ergo hæc nullam cum rebus contingentibus habeant connexionem, videri in iis nullo modo possunt. Quod si quis Scientiam Dei liberam vocare velit Ideam, in hac, fateor, videri poterunt futura contingentia; sed illa prius terminatur ad futura in seipso, non quidem ut coram causa, (scientia enim visionis, ut supra diximus, non est causa rerum) sed in quantum jam futura sunt, immediate cognoscit. Sitne autem Scientia libera vocanda Idea, dicitur Disp. vigesima quinta.

Contra itaque sententia omnino est tenenda; Deum scilicet in suis Ideis futura contingentia non cognoscere: Ita Suarez Opusc. de futuris conting. lib. 1. cap. 4. Vasquez huc, disp. 65. cap. 1. Tameius 1. p. disp. 2. q. 6. dub. 7. num. 1. Idem docet Scotus in 1. d. 39. §. *Contra rationes*, quem lequuntur Scotisti. Est etiam sententia Nominalium, Ockami, Gregorii, Gabrieli in 1. d. 38. & aliorum.

Ratio.

Res omnis
Deo sunt
æquivalen-
tes ab aet-
erno.

XV.
Quem for-
sum facia
hac propo-
sitione: Ant-
christus nunc
coexistit
Deo.

I.
Futura con-
tingentia
Deo in suis
Ideis regu-
lantur.

II.
Probabilitas
est Deo fu-
tura con-
tingentia in suis
Ideis non ce-
gnoscere.

III.
Idea sunt de
possibilibus,
& necessa-
rie.

Ratio præter dicta, est: Ideæ enim Divinae sunt de rebus possibilibus, siveque necessariæ; unde etiam antecedunt omne decretum Dei liberum: ergo in iis videri nequeunt futura contingentia; hæc enim semper supponunt decretum liberum, utpote sine quo non essent omnino futura. Si autem dicat quispam, Ideas Divinas includere decretum liberum, aliò transfert questionem; perinde enim tunc erit querere, utrum futura contingentia videri possint in Ideis, ac querere utrum videri possint in decreto: de quo jam dicetur.

IV.
Vtrum Deus
cognoscet
futura con-
tingentia in
decreto sua
voluntatis.

Quoad secundum itaque, possitne Deus cognoscere futura contingentia in decreto sua voluntatis, reiciendum est imprimis immane illud hereticorum pronunciatum, Deum scilicet peccata hominem ideo ab eterno praescivisse, quia decreto suo ordinavit ut fierent. Addunt ulterius, adulterium Davidi, productionem Iudei, & reliqua mortaliū peccata, suæ quidem natura esse libera, & contingentia; sed si quis causam supremam, seu Deum spectat, qui het omnia, ut ait ipsi, non certò tantum prævider, sed etiam homines ad ea destinavit, nec à Davide, inquit, nec Iuda, alter fieri poterat.

Immane ha-
reticorum
pronuncia-
tum.

His itaque rejectis, ex Catholicis non pauci affirmant, Deum in decreto efficaci lue voluntatis, futura contingentia cognoscere: negant tamen Deum in illo decreto præinitivo peccata futura praescire: privatio enim, inquit, in quo situm est formaliter peccati, non necessariò & infallibiliter positivo peccati annexitur: unde quantunque Deus actum aliquem positivum vellet, non tamen propterea vellet hanc negationem, siveque nec in hoc decreto cognosci negatio illa posset, & consequenter cognosci in eo neque peccatum: ita Bannez 1. part. q. 8. 14. art. 13. Alvarez d. 10. & alii, qui effectus omnes contingentia à Deo prædefiniri, ac prædeterminari affirmant.

VL
In decreto
concursum
universalis,
negat cog-
noscere actus
liber futu-
rus.

Prima Conclusio: Decretum Dei universali concursu cum causis liberis ad suos actus concurreri, non est medium sufficiens, per quod, seu in quo Deus cognoscet actum liberum futurum: ita Suarez Opus. de fut. conting. c. 6. Valquez d. 65. n. 10. Erice d. 6. c. 3. Tannerus hic, q. 8. dub. 7. Alarcon tract. 2. disp. 2. c. 6. & recentiores communiter. Ratio est: hoc namque decretum constituit causam completam liberam, siveque esse debet aquæ ad utramque partem contradictionis indifferens, ac causa creata libera: ergo non magis videti in eo potest effectus, quam in causa creata.

VII.
In decreto
præinitivo
cognosci pos-
sunt actus
liberis futuri

Secunda Conclusio: Si dentur in Deo decreta definitiva infallibiliter, vi intentionis inferentia actus liberos, salvâ eorum libertate, potest Deus in hujusmodi decretis cognoscere actus futuros contingentia: cum enim voluntas illa, ut supponit, sit efficax, inferit effectum; quicquid namque Deus efficaciter vult, erit infallibiliter; quare de Deo dicitur, Omnia quæcumque voluit, Dominus fecit. Unde S. Hilarius lib. 9. de Trinitate: Quæ Deus, inquit, facere decrevit, in sua voluntate cognovit. Sed hoc medium non est universalis, cum præinitio ad res omnes de facto non extendatur, inquit ad aliquas extendi nequeat, actus enim pravi prædefiniri non possunt, sed solum permittuntur.

VIII.
Res contin-
gentes, qua-
e solo Deo
pendent,
cognosci pos-
sunt in de-
creto.

Hinc infero primò, res illas, quæ à sola Dei voluntate pendent, ut sunt Angeli, ceteraque in primo mundi exordio, à solo Deo creata, posse in decreto Divinae voluntatis certò cognosci: cum his enim infallibilem volitio Dei habet connexionem. Sicut ergo Deus intuens suam Omnipotenciam, in cæ cognoscit harum rerum possibilitatem,

R. P. Compton Theol. Scholast. Tom. I.

ita intuens decretum illas condendi, non minus certò cognoscet earum existentiam. Idem est de effectibus miraculosis, quos Deus immediate per se, vel res alias elevando, ut aquam, oleum, aut verba ad gratiam in Sacramentis producendam, efficit.

Infero secundò, Autores numero quinto citatos, non satis meo iudicio effugere, quod maxime vitare cupiunt, Deum scilicet in suo decreto non videre peccatum: contra enim illos facit, siquidem si Deus efficaciter, ut affirmant ipsi, movat hominis cuiuspiam voluntatem ad totam entitatem positivam actus peccatorum, putat adulterii, aut odi Dei, implicare videtur contradictionem, ut Deus totam hanc entitatem videat, & tamen non inde cognoscat peccatum illud, seu privationem; cum omnino certissimè & infallibiliter ad positivum istud sequatur: unde fide certum est, actum illum liberè ac deliberatè elicuum, esse pravum, & peccatum, nec per Divinam potentiam potest non sequi privatio illa, & actus non esse malus. Cum ergo hoc nos certò sciamus, quis putet posse latere Deum?

Unde ulterius, cum malitia, seu privatio illa ad positivum peccati omnimodò necessitate consistat, superfluum planè in Deo foret aliud decretum, quod ipsi ponunt, malitia permissum; ad quid enim novum decretum illius permissum, quod impedit nullà potentiâ potest? Sicut creare leone, supervacaneum in Deo foret decretum, ut in eo emergat negotio equi, aut formicæ?

Infero tertio, in sententiâ non statuente actum effectus, aliud intrinsecum, sed afferente decretum omne Divinum constitutu partialiter per effectum securum, & connotationem extrinsecam objecti, non posse in actu præinitivo cognoscere effectum ullum futurum, cum nihil in hac sententiâ antecedat, vel formaliter vel virtualiter magis conexum cum effectu, quam cum negatione effectus; effectus quippe Divina, quæ sola antecedit, est ad omnia indifferens. Videbitur quidem in hac sententiâ effectus, at non ex vi decreti, sed in semetipso, & ut pars decreti illius constitutiva, cum secundum hunc modum procedendi, decretum Dei de re aliquâ producendâ, sit complexum ex entitate seu essentiâ Divinâ, & effectu illo à parte rei ponendo.

Tandem infero, cum in nullo Dei decreto videri possint peccata (utpote ad quæ, salva Dei bonitate, nullum dari decretum potest) sed videantur à Deo immediate in semetipsis; infero, inquam, res etiam alias immediate in seipsis à Deo videri posse: de quo plura postea, Sect. septima.

SECTIO SEXTA.

Vtrum in supercomprehensione liberi arbitrii cognosci possit effectus liberè futurus, aut etiam in causis, adjunctâ scientiâ mediâ.

VT res hæc clarius intelligatur, notandum, quid supercomprehensionis nomine à Theologis intelligatur. Primò itaque, supercomprehensionem aiunt nonnulli esse cognitionem illam, quæ discernunt ea, quæ ex vi causa, puta, voluntatis creatae visu, internoscit posse, eò quod naturalem & necessariam cum iis habeat connexionem, quales sunt actus illius possibles.

L 3

I.
Dubius no-
dis sumit
supercom-
prehensionis.

Alio